Quelle:
Copyright:



Hoc opusculum, quod tractat de virtutibus charitatis, humilitatis obedientiæ, continentiæ, de oratione &c: a capite ad calcem insulsis scatet miraculis, seu potius fabellis; quod unum sufficeret ad delendum Augustini nomen nisi accederet et stili barbaries, et stupidus ille anachronismus, quo Augustinus Sæc: IV. Doctor plurima depromit ex historia tripartita, Sæculo VI. curante Magno Aurelio Cassiodoro confecta.

3. Fol: 243 – 302.

Georgii Tudelii de Gingen Tractat: de extremo judicio.

243a – 302a

Georgii Tudelii de Gingen Tractatus de extremo judicio. Titulo caret, et incipit: "Hic est vere propheta qui venturus est in mundum Joh: 6. Generale judicium est futurum in quo judicabuntur omnes homines." In fine legitur: "Explicit tractatus de extremo judicio Magistri Georij de gingen anno L iiij (1454) doctoris eximii valde preclarissimi."

Non dubito authorem eundem esse cum Georgio Tudelio de Giengen Theologiæ Baccalaureo, quem ab annis 1452 – 1462 bis Rectorem exhibet Paul: de Sorbait in Catal: Rect: Viennens: p: 32, & 35. Cæteroquin librorum censoribus omnino videtur ignotus.